

universitas civium in Grimmis honorabili viro Heinricho dicto | de Grimmis Wratistlaue commoranti nec non universis hanc litteram inspectoribus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, notum esse volumus et recognoscentes presentibus protestamur et, si necessitas ingruerit, requisiti protestabimur in futuro, quod venerabiles domini fratres Iohannes abbas Celle sancte Marie et Heinricus quondam abbas ibidem cum consensu totius capituli sui seu omnium fratrum suorum in Cella censum duarum marcarum religiosus viris et fratribus Sibotoni priori ceterisque fratribus ordinis sancti Augustini in Grimmis vendiderint rationabiliter eisdem de eorum molendino superiori civitatis Grimmensis pro remedio anime Iohannis pie memorie dicti Agnetis iam dictis fratribus ordinis sancti Augustini perpetuo persolvendum, pro quo iidem fratres ordinis sancti Augustini dominis 10 et fratribus Iohanni abbati et Heinricho quondam abbati ceterisque in Cella fratribus xxv marcas Fribergensis argenti dabunt finaliter, quemadmodum promiserunt. In cuius rei testimonium seu evidenciam firmiorem civitatis nostre sigillum presenti pagine duximus apponendum. Datum pridie nonas novembris in die beatorum Vitalis et Agricole martirum.

15

(SFR.)

165.

Abl Wilhelm von Altzelle bietet den Augustinern, welche die Kaufsumme für den ihnen zu ihrem Klostergebäude abgetretenen Platz noch nicht bezahlt haben und auch mit den Zinsen in Rückstand geblieben sind, einen Vergleich an und will ihnen einen Erlaß an der Schuld gewähren, wenn sie 20 dieselbe in den von ihm in der Urkunde festgesetzten Fristen abtragen. Grimma, 1299 März 4.

Hdschr.: Or. Perg. Ernestin. Gesamtarchiv Weimar Reg. Oo pag. 549 No. 7. Das S. in einem Pergamentstreifen, welcher durch Lostrennung des unteren Randes der Urkunde gebildet ist, ist abgeschnitten.

Ann.: Die vollständige Abzahlung erfolgte erst im Jahre 1313, vergl. No. 173.

Nos Wilhelmus ordinis Cisterciensis abbas in Cella coram universis, ad quos 25 presentes pervenerint, recognoscimus | et testamur, quod divina pietate permoti de bona et matura voluntate priori et fratribus domus Grimmensis ordinis fratrum | heremitarum sancti Augustini in debitis, in quibus nobis et nostre ecclesie pro area quam inhabitant obligantur, †condescendi|mus*) in hunc modum, videlicet quod pro octo marcis annui census vel octoginta marcis Fribergensis argenti et ponderis Grimmensis nec non et pro x marcis 30 preteriti census, quem iidem fratres supersedentes statutis temporibus non solverunt, acceptavimus lx marcas argenti Fribergensis subscriptis temporibus finaliter persolvendas, scilicet quod in festo sancti Iohannis Baptiste nunc proxime venturo persolvent iidem fratres xx marcas, in dominica vero invocavit persolvent xxx, in festo vero sancti Iohannis Baptiste ad annum x et sic est completus terminus solutionis pecunie praenotate, hac 35 tamen adiecta conditione, quod si primo termino fratres dicti persolverent xx marcas nec

165. a) cendimus auf Rasur.